

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

**Epistolarvm [epistolarum] D. Philippi Melanchthonis
Farrago**

Melanchthon, Philipp

Basileae, 1565

VD16 -M3220

Eidem

[urn:nbn:de:bsz:31-312770](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-312770)

Tempore argumentum aliud. Nam adhortari te ad studia, quod sæpe alias feci, non ualde opus est: cum enim uideam ultrò te incitatum amore optimarum artium, gratulari tibi magis debeo, ac bene precari. Bene uale. Anno 1533.

Eidem.

Reddidit mihi literas tuas, charissime Christophore, cõmunis noster adfinis Ambrosius Reuter: & gaudeo fuisse nostras literas tam gratas & acceptas tibi. Deinde intelligo, etiam meam admonitionem utilem & salutarem uideri: id quod maxime ego & cupiui cum scriberem, ac etiam nunc cupio: ac oro Dominum, ut cursum tui studij feliciter dirigat. Plura nunc non licuit: nam festinabat nuncius abiens: & ipse scriptitando sedebam occupatus. Boni consulas oro, aliàs plura. Parenti tuo optimo uiro dices, me daturum operam, ut animo suo satisfiat, idq; breui. Nam hodie uno libro absoluto, liberior ero. Saluta simul quoque matrem tuam honestissimam, unà cum fratre, & omnibus tuis socialibus. Bene uale.

Eidem.

Mihi uerò his turbulentis temporibus non nihil afferunt solatij studia bonorum iuuenum, quorum uirtute atq; industria (ut spero) literæ, quo conti-